mortuus quidem quem viventem videre
voluerint templis altaribus
sacrificiis sacerdotibus que omnia
recta sunt non nisi uni deo
vero et vivo debentur inser-
viant. Capitulum xix.

Eo tempore post captam
troiam atque deletam ene-
as cum xx. navibus quibus
portabantur reliquie tro-
ianorum in italiam venit regnan-
te ibi latino et apud athen-
ienses menesteo apud sicyoni-
os polifide apud assyrios
tautane. Apud hebreos autem
iudex labdon fuit. Mortuo
autem latino regnavit eneas
tribus annis eisdem in supra
dictis locis manentibus re-
gibus nisi quod sicyoniorum iam
pelasgus erat et hebreorum iu-
dex sanson. qui cum mira-
bilis esset fortis putatus est
hercules. Sed eneam quoniam quando
mortuus est non comparuit
deum sibi fecerunt latini. Sa-
bini etiam regem suum primum
sancum sive ut aliqui appellant
sanctum retulerunt in deos. Per-
idem tempus codrus atheniensium
peloponensibus eiusdem ho-
stibus civitatis se interfici-
endum ignotus obiecit et factum
est. Hoc modo eum predicant
patriam liberasse. Responsum
enim acceperant peloponen-
ses tunc demum se superaturos
si eorum regem non occidissent.
fefellit ergo eos habitu pau-
peris apparendo et in suam
necem per iurgium provocando. Un-
de ait virgilius et iurgia codri. Virgilius
Hunc athenienses tamquam de-
um sacrificiorum honore colu-
erunt. Quarto latinorum re-
ge silvio enee filio non de
creusa de qua fuit ascanius qui
tercius ibi regnavit. Sed de
lavinia latini filia quem postu-
mum eneas dicitur habuisse. As-
syriorum autem vicesimo et nono
oneo et melanto atheniensium
sextodecimo. iudice autem hebre-
orum heli sacerdote regnum sycy-
oniorum consumptum est quod
per annos nongentos quinquaginta
et novem tractum fuisse porrectum.

Mox eisdem per loca memorata regnan- Capitulum xx.
tibus israelitarum regnum finito
tempore iudicum a saule rege sum-
psit exordium quo tempore fuit
propheta samuhel. Ab illo igitur
tempore hii reges latinorum esse
ceperunt quos cognominabant
silvios. Ab eo quippe qui filius
enee primus dictus est silvius
ceteris subsequentis et propria
nomina imponebant et hoc
non defuit cognomentum sicut
longe postea cesares cognomi-
nati sunt qui successerunt
cesari augusto. Reprobato
autem saule ne quisquam de e-
ius stirpe regnaret eoque defun-
cto david successit in regnum
Post annos saulis imperio xl.
Tunc athenienses habere de-
inde reges post codri inte-
ritum destiterunt et magistratus